

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11597

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1253

## D O G M A T I C I.

1254

O. P. Theologus *Salmanticae* 1546. vivis exemptus, cuius *Relectiones XII.* teste *Biblioth. Scriptt. Ord. T. II.* p. 130. impressae sunt *Lugd.* 1557. 8. et alibi. Docet Editio mox memorata, Nostram praesentem eo sensu *Secundam* dici potuisse, quod *Relectionis I.* sit veluti Pars Altera; initium enim est: *In alia Relectione pro anno 1531. differuimus de potestate ecclesiastica ex parte &c.* Απογεαφον nostrum reticet hunc annum; ad calcem vero habet: *Rome 26. Augusti. 1566.*

IX. fol. 454. *Relectio Magistri Victoriae de Homicidio, habita in die Sancti Barnabæ Apostoli.* Addit Editio supracit. *An scilicet sit fortis uiri occidere se.* Est *Relectio* ordine IX. et in Cod. subscrbitur: *Anno 1567. 8. Aprilis.*

## CCCXXIV.

644 Codex chartaceus lat. Sec. XVII. Folior. 58. 4. inscribitur: *Theoria prima Theologie in communi.* Subditur: *Lectione prima Theologica 7<sup>a</sup>. die Februarij Anno 1605.* Initium: *Methodi quam in tradendis Scientijs humanis obseruauimus, commoditas et perspicuitas suadet, ut eandem in explicantice diuinorum adhibeamus &c.* Magistri verba videntur Juveni cuidam Principi ἐγκυλοπαιδειαν tradentis. Methodus porro tabellaris et admodum concinna est, pensis five *Lectionibus* diurnis ad marginem notatis. Auto Denis Codd. *Theol. V. I. P. II.*

res, quibus utitur Noster, post Patres Pet. Lombardus, Thomas, Scotus, Barnes, Bellarminus, Alph. de Castro, Ge. Ederus, Greg. de Valentia &c. sunt; sed non progreditur ultra *Theoriam secundam*, quae *Attributorum diuinorum seu Dei absolute* praenotatur. Quid si *Christophorum Labbeum* e S. J. *Virdunensem* dicas, qui *Leopoldum Caroli Styriaci filium Ep. Passavensem Graecii* literis humanioribus et Philosophia a se imbutum Theologicis deinceps disciplinis formandum anno supra dicto *Passavium* comitatus ibidem a. 1607. occubuit, septennio in instituendo hoc Archiduce versatus, ut docet *Lustrum IV. et V. Universit. Graecensis* editum *Graecii* 1720. 12. Vide Cod. DCLXXVI.

## CCCXXV.

Codex membraneus lat. Sec. 7<sup>23</sup> XVII. Folior. 17. 4. eleganter scriptus, et symbolicam Virtutum Ferdinandi III. Rom. Imp. Picturam praeferens Theses ex universa Theologia comple&tetur sub ejusdem Principis auspiciis in Academia Ingolstadiensi pro consequendis Doctoris Insignibus publicae discussioni subjectas a *Matthia Doll Caesari a Sacris*, qui eundem in Praef. inter alia ita adloquitur: *primum meum Sacrificium in tua aliorumque Magnatum praesentia hisce Comitiis Deo a me offerri permisi. Comitia haec a Decembri 1652. ad Mاجum 1654. Ratisbonae tenuere.*

D

Si